



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instrvctorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...**

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex  
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum  
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

**López, Luys**

**Lvgdvni, 1588**

An gener teneatur fructus pignoris dotalis computare in sortem, & an  
vsura sit, si venditor sibi applicet fructus posseßionis venditæ ante pretij  
solutionem. Cap. LX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41259**

contra Metinam, in sua instructione absolute damnatum contractum quomodo hac via potest tolerari, si locator ouium ratione huius grauaminis, quod imponit conductori ouium, tanto minori pretio eas locet, quantum vale refectio pro pereuatis ouibus: quam facit conductor ex nascentibus fœtibus.

Secundo dici potest, quod tolerari potest, quia cum oves illæ locatae sunt locatoris, & apud ipsum maneat quod dominum, ex fructu suarum ouium, & suo residuo pereuntis, & residuum fructum præter requisitum ad hanc refectionem locat tantum conductori iusto pretio: alias longe maius premium iuste accepturus, si omnes fructus locaret, sed an ita fiat committendum censeo eorum conscientijs & arbitrio bonorum virorum, quamuis non sit res quæ vacet omni scrupulo, Quando ergo magna strages contingent sine culpa conductoris ex casu fortuito, tunc non videtur ex nascentibus fœtibus teneri ad reficiendum numerum: quia sine culpa sua in notabili copia perierunt matres, & non suppetit ea possibilitas ex fratribus paucis remanentibus, aut nascituris supplendi tamagnum numerum: nisi forte per plures annos eas conductori, taliterque euenerit casus, ut ex abundantia fœtuum subsequentium, vel præcedentium annorum, possit conductor recompensare refectionem notabilem ouium eis fortuiti pereuntium: quam fecit, & pro quantitate pereuentis conductionis quod solvit, aliquid lucrari, ad instar eis fortuiti iterijutatis innitendo æquitati.

{ Angener teneatur fructus pignoris dotalis computare in summa, > an usurpa sit, si venditor sibi applicet fructus possessio- ni rendite ante pretij solutionem.

## C A P. L X.

**Q**uoniam paulatim ad profundum materiae usurparum immarginur, iam illa quoque questio iuridica. c. sa- lubriter de usurpis, & lege pater. ff. de dol. mal. prætracta se- exerit, an gener fructus pignoris fructiferi sibi dati à so- cero in securitatem soluenda dotis, teneatur in somorem sibi dotis debitæ, & soluenda computare, an vero his fructibus tam perceptis, in dotem eos non computando, possit integre

integre suam dorem sibi constitutā pro sua vxore recipere: Et quidē hæc quæstio iam per authoritatem ponendam prædicto capit. salubriter satis patenter diffinita est, scilicet, quod non est vñsura tales fructus pignoris dōtē non computare, & quod licet gener his fructibus, quamvis perceptis iam à se, integrum yxoris dōtē expetere: quia tales fructus iam perceptos restituere non tenetur, quia eos non capi vi mutui veri, vel palliatiū sed alia ratione.

¶ Sed quænam sit ista ratio iustificans acceptiōne  
fructuum-pignoris dotalis vñtra dōtem, si petitur, varijs

huius rei rationes, quæ à varijs doctōribus varijs reddi  
2 Didacū tur, si quis videre velit, legat Didacū à Leiu: a sed Nauar  
a Leiu in ro, prout ipse ait, nulla carum rationum placet, non com  
e. I. lib. vñ munis, neque alia Metinæ, neque alia Sotii, nec alia For  
varum re-tunij à Nauarro olim approbata: sed solum alia genuina

sunt.

fundata in donatione racita dōtantis, & tradentis pignora,  
quæ secundum ipsum colligitur ex multis in donatione  
concurrentibus, quæ ibi insinuantur. Sed mihi nulla rati  
o magis applaudit aut satis facit, quā illa, quā illustrissimus  
dominus Didacus Rom. episcopus Thaxchalis

vir sua facultate eruditissimus, cum interesset quib  
dam nostris conclusionibus, insinuavit fundas eam in  
b totus de tione dāni emergetis, nā eti illa ratio Sotii bona sit i  
usticia & licet, quod ideo potest gener recipere illos fructus pigo  
1591. q. 1. ris dōtis vñtra dōtem saluam & integrā, quia doctōr  
ax. 2. ua, atque integra obligatur ex fructibus dotalibus pr  
cipiendis ad onera matrimonij sustinenda, sed quia  
ratio generalis videtur reducenda est ad aliam magis no  
tam, & specialem: & quidem nulla hic appetere ratio certior, quā ratio damni emergentis, licet alij doctores, n  
Metina Complutensis de vñsuri suggerant. Hanc causam  
esse rationem lucri cessantis, scilicet, quia cum pecunia  
dotali lucraturus erat gener, si statim sibi fuisset soluta.  
Sed hæc ratio non est vñuersalis. Sed quid si cum dotali  
pecunia non negotiaturus esset gener, sicut multi non  
negotiantur.

¶ Igitur potissima ratio iustificans prædictum casum,  
est ipsamet ratio damni emergentis: quia damnum emer  
gens dicitur non solum quando ex eo quod non soluti  
mutuum,

aut debitū in tempore cecidit domus , aut triticū  
nō a creditore carius emptū, sed etiā quando ex hoc ali-  
quod simile dānum accepit creditor. At ex eo quod sacer,  
vel qui promisit dote, quam statim se obligauit soluere,  
dilata, gener patitur dānum, quia ex suis expensis, vel fa-  
cilitatibus proprijs, vel alienis cogitut subire onera ma-  
rimonij, quæ ex fructibus dotis soluedæ, & nō ex p̄priis  
mebarunt sustinere: ergo ad restaurationē vel suppletio-  
nē huius dāni, q̄ alias pateretur ex dilatione dotis, fructus  
pignoris dotalis recipere (plana est ratio) quod possit.

Ex qua conclusione iuridica, quatuor inferuntur di-  
litionem, quemlibet maritum, quamvis non sit ge-  
nerous, qui tale pignus dedit, posse fructus eius perci-  
pere non computando eos in dotem promissam: nisi contrac-  
tum exprimat: quamvis solutioni dotis longum tem-  
pus praestigatur, modo obligatio dotem soluendi esset ad  
partem temporis, licet solutio differreretur acceptio pignore.

Ex quo patet solutio ad illam quæstionem, utrum  
casu, quo vir accipiens pignus concesserit dilationem: pos-  
sit accipere fructus, quia respondemus cum Nauarro c. Nauar.  
quod potest, contra Armillam, verbo. Usura, §. 23. Cuius sum. Lat.  
tatio nihil valer, quia inquit, si à principio fuit appositus cap. 17. n. 213.  
terminus dilationis solutionis dotis nō potest facere fru-  
ctus pignoris suos, quia sicut potuit eā accipere sine do-  
te, expectare, & dare dilationem per annum & plus. Se-  
cundum Armillam si non est positus dilationis ter-  
minus.

Sed dico cum Soto etiā, cui accedit Nauartus, quod  
etiam concessa dilatione, & termino solutionis dotis cer-  
to in futurum licite potest sponsus illos fructus pignoris  
sibi percipere, quia si concessit dilationem, visus est eam  
iurauis concessisse, & per hoc non renunciasset ius percipi-  
endi fructus: quos ratione damni emergentis, ut prædi-  
catus licite percipit.

Sed quid si sponsus nō præcepit pignus, & concessit  
dilationem dotis, an possit petere fructus? Respondeatur  
propter eandem rationem Soti, quoniam si sponsus con-  
cessit dilationem, iuxta ius eam videtur concessisse, non  
renuntiando iuri suo, & damno suo: ideo sic licet non  
præcepit pignus, potest sponsus petere & redditus &  
fructus

368 Cap. LX. An fructus dotis computandi, &c.

fructus dotis: nisi expresse renuntiauerit iuri suo recipi  
di fructus vltra dotem. Hęc sententia est etiam fratris Ioh  
sephi Minoritę in suis floribus Theologie, & probat ut  
ex vſu reipublicae Christianæ, quia ius Canonicum illa  
vile concedit marito posse petere redditus dotis, dum  
non soluitur, quia salua dote ex eius fructibus tenet  
onera matrimonij portare.

¶ Ex quo infertur secundum dictum, quod est Nati  
ri, scilicet, posse maritum pacisci cum eo, qui dotem pro  
misit, & non soluit, vt quoad usque soluatur pro subtili  
onerum matrimonij pendat in singulos annos tam  
quantum aliquis mediocriter industrius ex ipsa dote p  
salua, sibi comparare posset, ita Panorm.<sup>d</sup> & multi rea  
per Didacum Leiu., & Sotus, <sup>e</sup> quidquid Ioannes Lup  
e. salubrity de vſu

ter. Præterea quærere hic aliquis forte non cessabit, at  
vir possit percipere omnes illos fructus pignoris vnu  
dotem, etiam si superfluant, & excedant ad onera mat  
rimonij sustinenda. Dicitur ergo, quod licet doctores, et  
lib. 6. de iu ratione lucri cessantis, tales fructus pignoris posse in  
ſt. & iur. vendicare maritum affirmant, cedent etiam fructus  
q. 1. art. 2. cedentes onera matrimonij posse inde percipere: nam

f. Ioan. re vera secundum Sotum loco citato, & etiam Sylvest  
Lup. in re verbo, Vſura, non potest maritus inde sibi reportare imp  
pet. et per eum excedentes onera matrimonij, quatenus excedant  
vestr. not. sed tantum ad onera hęc sustinenda, quia necessitas, &  
6. de dona. obligatio mediorum desumitur ex fine,

inter vir. ¶ Adhuc & hanc necessariam quæstionem, & hinc ap  
& vxor. cumus enodare, vtrum vidua post mortem viri possit de  
fructus vltra dotem repetrere: dum sibi sua dos non fer  
tur, & quidem quæstio hęc non tam parens inter do  
ctores. Nam Panorm. cap. salubriter de vſuris, partem pri  
met affirmatiuam: veruntamen Innocentius, Hofstaedt.

Qd. 4. Qd. 5. Ioannes Andr. sustinent partem negatiuam. Quia ipsa  
dua non tenetur alere familiam integrum seruando do  
tem, quemadmodum eius tenebatur maritus, & ideo pa  
caret illo inter mariti.

¶ His igitur sic statibus, statuitur hęc responsu con  
clusio, probabilis est opinio, quod maritus, qui dotem re  
cepit, & heredes eius, in causa diuortij, tementur vxori vi  
duę, aut se paratae ad alimenta præbenda, quæ, salua fi  
mancata.

nanente dote, dari debent, quoad vsque illi sua dos per-  
solvatur. Hec conclusio est Nauarri loco citato, Sylvestri,  
Angel. <sup>g. Stipula-</sup> <sup>tur huic se-</sup>  
<sup>cumq; est favorabilior in suis dotibus. Secundò, probatur</sup> <sup>rentia glo-</sup>  
<sup>erit ratione Soni; quia maritus cum illo onere suscepit do-</sup> <sup>de rei vxo-</sup>  
<sup>ten; aut pignus dotis. vt quamdiu non soluitur dos & nō</sup> <sup>ria act. l.</sup>  
<sup>restituitur vxori, alat vxorem & eriam familiam, si rema-</sup>  
<sup>neat filiorum salua dote, ergo potest vidua, seu separata</sup>  
<sup>propera illa alimenta pro se, & familia remanente ne-</sup>  
<sup>cessaria, quamdiu sibi sua dos non redditur. ¶ Et confir-</sup>  
<sup>matur, quia quamdiu sua dos non restituitur isti, non de-</sup>  
<sup>finit esse dos, neque desinit gaudere iure speciali dotis:</sup>  
<sup>quia cum illo onere transiit ad maritum, & heredes ma-</sup>  
<sup>riti, vt quamdiu sibi nō solueretur, salua dote aleretur nō</sup>  
<sup>solum familia, sed etiam ipsa, si remaneret sola, & non so-</sup>  
<sup>lum per annum, sed quamdiu in vita patitur dilationem</sup>  
<sup>dotis: quia non vsque ad mortem tantum, sed vsque ad</sup>  
<sup>redditam dotem perseverat in marito onus sustinendi</sup>  
<sup>coera matrimonij salua dote, & per hoc soluitur argumentum</sup>  
<sup>contrario, quia licet vidua non teneatur alere fa-</sup>  
<sup>miliam salua dote, sed dico maritus tenebatur, quia cum</sup>  
<sup>illo onere suscepit, vsque ad restitutionem dotis.</sup>

Secunda conclusio, quae non respicit à contrariis, quando heredes sunt in mora soluendi dotem ex culpa  
sua, & non ex negligentia viduæ, tenentur ei omne dam-  
num ex dilatione subsecutū resarcire, vt si propter dilatio-  
nem dotis vidua coacta est ad usuram mutuum accipere,  
aut deficit lucrari, quia cum sua pecunia dotali nego-  
ciatura erat, quia alia pecunia ad negotiandum carebat.  
Hec conclusio patet, quia non tenerur vidua cū suo hoc  
dennimento expectare dilationem dotis. Secus si heredes  
requierunt contra culpam suam antea soluere, quia tunc  
pē magis cum illis est agendum.

Sed conclusiones præcedentes simul cum sua qua-  
stione cognitionem etiam huius dubij exigunt, scilicet,  
quando veniat restituenda dos post mortem mariti. Ad  
quod duo dicimus primò quod secundū ius ciuale bona  
totalia immobilia, vt fundus, sive domus, sunt statim à  
morte viri, vidua restituenda, quia horū bonorum nullū

II. Pars. F.L. Lopez instr. Consc. A apud

370 Cap. LX. An liceat venditori applicare, &c.

apud hæredes transiuit dominium. Secundò adiicimus, quod quando bona sunt mōbilia, quo ad hæc hæredes tēnentur viduæ, nisi post annum à morte viri restitutum est diffinitū, sic in §. exactio: at per supradicta pater, quid non sit usquequa vera conclusio Fratris Iosephi suis floribus, vbi concludit quod si non maneat liber, non potest vxor aliquid pro suis alimentis exigere, dum differtur solutio dotis.

Q. 7. ¶ Sed profectò adhuc difficilior apparet quæstio illa, cuius meminit ibi Frater Iosephus, an mortua etiam vi-  
re post mortem viri neque recuperata sua dote libe-  
manentes possint ratione dilationis dotis aliquid exigere  
pro alimentis ultra sortem: profectò res est dubia, Frat-  
ter Iosephus negat, quia mortua vxore, nō manet idem na-  
trimonij onus, sed salua aliorū cēfura, licet nō sim certus  
existimo posse dici, q[uod] mortuo patre, & postea antec-  
cuperationem dotis mortua matre, quia succedunt in illa  
matris, possunt filii à quoconque detinente, dotem manu-  
exigere: aut quod restituat eis dotem maternam, aut sal-  
ua ea præbeat eis alimenta & ratio est, quia quando uero  
est restituta, quia cum illo onere transiuit in patrem, con-  
illo onere transiuit in auum, vel in fratrem maiorem vel  
alium, si concessione patris illam dotem usurparunt se  
nuunquam statim restituere.

¶ Ex prædictis infertur etiam quarrum dictum, secun-  
dum Nauarrum, quod iuste possunt obseruari statutarum,  
vt qui dotem promittit quoad soluat, & manus  
& ipsius hæredes quoisque dotē viduæ aut separate redi-  
dant, certū quid ex centum in singulos annos pendan-

Q. 8. ¶ Sed hic quærendum restat, an maritus dotis sibi da-  
ta faciat absolute fruetus suos? Respōdetur breuiter, qua-  
quæstio hæc alium exposcit locum, interim dicitur quod  
quando res frugiferæ dantur in dotē, vt mancipia & ge-  
ges ouiu: si dentur hæc appretiata, nisi aliud exprimatur  
consentur transire tanquam per venditionem quandam  
tacitam, vt prædictimus alibi transire in dominium mariti,  
substatereque eius periculo, sed secus est si hæc non datur  
appretiata. Quia si non dentur appretiata, periculum, &  
dominium horum honorum dotalium manet apud uxo-  
rem & maritus est veluti eorum usufructarius in ordine

ad onera

onera matrimonij subleuanda: quare sicut usufructus existent ex fructibus ancillarum, & ouium, si existant rebere & supplere numerum ancillarum, aut ouium dotatum sibi traditum inappreciatum. ¶ Adde etiam quod huc dos detur appretiata, vel inappreciata secundum legem Hispanie, fructus dotales multiplicati extantes, sicut cetera durante matrimonio bona sacrificata in fine matrimonij diuidi debent inter superstitem coniuge, & haedates obecuntis. Vide de hoc partita. 4.l. 11 tit. II.

Vlta praedita agitanda hic venit & illa quæstio, an sit sibi vendicare venditorem, fructus rei venditæ ante pretij solutionem. Huins quæstionis meminere Canonista, cap. cōqueitus de usuris, & Sylvestri verbo. Usuaria Pro resolutione igitur quæstionis, sit prima conclusio, quando absolute quis vendidit rem actuali venditione, etiam ante pretij solutionem, usura est, si fructus rei venditæ, quia non est sibi soluta, venditor velit facere suos. Hec est Sylvestri,<sup>b</sup> & Fracisci de Mayron,<sup>i</sup> & sancti Bernardi, & Rosellæ v. sur. 1. §. 47. & Archidiaconus ait, theologos non approbare hunc contractum, s. quod sit facta iam actualis venditio, & quod ratione pretij non soluti, venditor fructus faciat suos. Et probatur primò, quia de re aliena, cuiusmodi est possessio actualiter vendita, non licet accipere fructum. ¶ Secundò probatur, quia postquam res est vendita, etiam si non sit tradita iam extuncta in casibus quibusdam exceptis, dominium, & periculum manet apud emptorem. Ergo emptori, & non venditori ex tempore actualis venditionis debet fructificare. Tertiò probatur, quia illi fructus videntur haberi, ratione dilationis temporis, quæ concedit dilationem solutionis pretij, quod videatur sapere usuram per cap. in ciuitate floris: quare usurarius est contractus, si vendens actualiter possessionem paciscatur sic, accipiam interim fructus, dum non soluis pretium, non computando eos in sortem: nisi forte principaliter fecisset ad seruendum amico, & ad instantiam amici, alias nolens vēdere, quia ea possessione non esset venditurus, quia tunc ratione interesse posset, illos fructus accipere maximè dū apud se suscipere periculum, vel si maneret domus, aut possessionis periculum apud amicum emētē aliquid æquialenter de fructibus

<sup>h</sup> Sylvest.  
ver. Usura.  
2. q. 11.  
<sup>i</sup> Franc. de  
Mayro in  
4. dist. 15.

372 Cap. LX. An venditor licet sibi applicet, &c.  
ei refunderet in hoc casu pro periculo, donec pretium  
solueret, atque in hoc casu soluta parte pretij, pro tra-  
emptori remittenda esset pars fructus,

Q. 9. ¶ Præterea quia vrgere quæstionem magis volum  
quæritur adhuc utrum venditor saltē ratione pœna con-  
ventionalis possit sic pacisci cum emptore, vt si intra ter-  
minum non soluerit, transacto termino possit venditor  
possessionis venditæ fructus facere suos, & videtur quod  
sic quia non est æquum, vt emptor habeat fructus post  
moram solutionis, & quod venditor post talē moram pe-  
cunia sibi debita pro pretio vt non possit. ¶ Respōdeatur,  
quod seclusa fraude usurarum, si bona fide malit in ter-  
mino sibi reddi suum pretium, quam illos fructus peri-  
pere, & si impotentiam ad soluendū in termino non no-  
uerit, sed putet posse soluere si ad coarctandum illi ad  
soluendum, venditor de illa pœna paciscatur: vt in facta  
termino emptor amittat fructus; in hoc casu post termi-  
num præfixum, aut si fuit sic pactum, & non fuit certus  
terminus solutionis præfixus, post monitionem factam  
venditore, si debitor id est, emptor non soluat pretium,  
poterit venditor tales fructus exigere: donec emptor sol-  
uat, & idem posset exigere ratione damni emergentis, si  
quod sibi emergit ex non facta sibi solutione, sed ratios  
lucri cessantis, a principio sic pacisci non est tutum. Sed

¶ Fulcitur bene licet sic pacisci, ratione pœnae conventionalis.  
hæc opinio. ¶ Adhuc incompleta manet quæstio, si econtrario hæc  
authorita non inuestigemus: si venditor receperit pretium posselli-  
tib. glo. in nis, & non tradidit possessionem an fructus eius faci-  
cap. cōque- suos. Et videtur quod adhuc illos fructus possit sibi ren-  
sis. de r̄su dicare, quia cum possessio eius non sit tradita emptori  
ris. & l. Cu periculo eius videtur stare, ergo adhuc pro eo, & non pro-  
rauit. C. de emptore videtur fructificare.

pact. & r̄. ¶ Statuimus ergo pro response conclusiones. ¶ Si  
dit. & F. igitur, prima conclusio, venditor, cum iam semel recepe-  
Iosephi in rit pretium, tenetur restituere possessionē & fructus per-  
suis florib. ceptos post venditionem, neque de hoc ullatenus ambi-

Q. 10. gitur, cum etiam probatū reliquerimus, quod post actu-  
alem venditionem etiam ante solutionem pretij, fructus  
rei venditæ, venditor non possit facere suos.

¶ Secunda conclusio, si venditio fuit conditionalis cū  
condicione

conditione, quod venditor non teneretur tradere rem, donec integrum sibi pretium solueretur: tunc venditor iuste retinet fructus. Hæc conclusio est Frattis Iosephi in suis floribus. Et patet, quia ex voluntate emptoris tunc retinet, ex pactione iusta. Dummodo sicut tunc ex pacto fructus cedunt venditori, sic etiam ei cedat, & periculum dominii; vel possessionis, quos non satis explicuit Frater Iosephus.

¶ Tertia conclusio, si venditio fuit absoluta sine conditione aliqua, etiam ante solutionem pretij, non potest venditor usurpare sibi fructus: fructus autem retinere potest postmodum solutionis, si possessionem non tradidit, sed penes se illam habet, in recompensationem pretij. Quos tunc fructus tenebitur computare in sortem pretij: cum reliquum pretij sibi soluat.

¶ At de illa quæstione hic sermo reincident, quæ supra latius disputata fuit, aii qui vendit oues centum incertas, id est, non signatas de grege mille ouium signato, & certè: ante traditionem possit sibi fructus earum facere suos? ¶ Dicitur breuiter, quia cum secundum ius civile ad eum pertineant fructus rei, ad quem pertinet rei fructificantis dominium, & periculum, & quia secundum Sylvest. <sup>1</sup> per illam absolutam venditionem iam translatum fuit dominium in emptorem illarum centum ouium indeterminatae, siue per indivisum de illo grege signato mille ouium, & quia res petit domino suo, & quia emptor in hoc casu illarum centum ouium est dominus, sicut sibi pereunt, si pereunt: sic sibi debent fructificare, & non venditor. Quod si petierint nihilominus pretium repetere non poterit etiam si apud venditorem perierint. Et etiam in hoc casu interitus ouium, si pretium non fuit solutum non poterit exigere in foro extetiori, vt illud non soluat nisi venditor fuisset in mora tales oues tradendi, quia illud pretium contra alios non erat solutum, vel soluendum venditori si de causa: sed causa exemptionis. Vnde si solutum est; non est in hoc casu repetendum, & si non erat solutum nihilominus in conscientia etiam mortuis ouibus est solutum, ita Sylvester ibi.

¶ Secus est quando venduntur incertæ oues de incertis gregibus, quia tunc quousque eas tradat venditor apud se

Q5. ii.

<sup>1</sup> Sylvest.  
verbo em-  
prio. §. 3.

A 3 Qat

stat earum periculum: ideo sui erunt fructus, sed debet antea plura diximus ex Sylvestro.

¶ Sciendum est autem secundum Sylvestrum, verbo, Emptio, quæstione tertia, quod de ratione contractus emptionis, & venditionis est quando non est aliud conseratum quod ex quo initus est pertineat lucrum, & pencils rei emptæ, ad emptorem: licet res tradita non sit. ¶ Cui

m. Instit.  
eod. §. cum  
autē. ff. de  
pericul. &  
commo. rei  
vendi. l. id  
quod.

n. L. cum  
res. C. de  
probat.  
o. L. cōtra-  
bitur. ff. de  
p'g'nu.

hoc autem datur regula talis aut venditio sit pure, id est sine conditione, & sine scriptis: aut casu tantum quo ob

uentum est ut non valeat venditio antequam scriptura sit

facta. ¶ Secus si à principio simpliciter contrahatur, &

postea ad probationem fiat inde scriptura. ¶ Cum igitur sit pure: & sine scriptis isto praedicto modo, & cum est

emptio certæ speciei non indigentis degestationem hinc

periculum statim, sic & fructus transeunt ad emptorem.

Si autem non in specie, id est in singulari venditum sit,

sed ad mensuram venditio fiat: periculum est venditio

donec sit mensuratum: & si emptor nolit mensurare, tunc

vendor etiam si nihil dixit de expeditione vasorum po-

test corā testibus mensurare, & effundere monito prius

emptore, si vasa sunt venditori necessaria propter vindic-

miam, vel nouam, vel iustum rationem.

¶ Similiter rei emptæ in casu quo videntur post publi-

caturque causa maleficij vendoris periculum erit vendi-

toris: ¶ sed intellige propter maleficium admissum ante-

dū. ff. loc. Quam emptor proprietatem adipisceretur, & similiter

ibidem glos. & fuit in culpa leui perditionis rei vendite, vel fuit motus

Hofstiensis, in eam tradendo, quia hic ultima mora nocet.

¶ An mutuanti liceat aliquid ultra accipere ratione lucri ce-  
santia, & de conditionibus necessariis ad lucrum cossans ferendis.

### C A P . L X I .

**I** Am illa celebris quæstio hic suum sortita est locum  
vtrum ratione lucri cessantis, aut damni emergentis li-  
ceat mutuari aliquid accipere, & videtur quod non accep-  
tum, quia in hoc casu peregris mutuum non impedit mutua-  
nentem à lucro, quia ipse mutuans voluntariè, ut mutetur,  
abstrahit suā pecuniam à negociatione. Ergo mutuans be-

non